

Istituzioni di Gaio libro III

155. Mandatum consistit, siue nostra gratia mandemus siue aliena; itaque siue ut mea negotia geras siue ut alterius, mandauerim, contrahitur mandati obligatio, et inuicem alter alteri tenebimur in id, quod uel me tibi uel te mihi bona fide praestare oportet.

*Si ha mandato sia che diamo incarico a favore nostro sia di altri. Pertanto, sia che ti abbia dato mandato di gestire miei negozi (affari) sia di un altro, si contrae l'obbligazione di mandato e l'uno verso l'altro saremo tenuti per ciò che o io a te o tu a me secondo buona fede debba prestare.*

156. Nam si tua gratia tibi mandem, superuacuum est mandatum; quod enim tu tua gratia facturus sis, id de tua sententia, non ex meo mandatu facere debes; itaque si otiosam pecuniam domi tuae te habentem hortatus fuerim, ut eam faenerares, quamuis iam ei mutuam dederis, a quo seruare non potueris, non tamen habebis mecum mandati actionem. item si hortatus sim, ut rem aliquam emeris, quamuis non expedierit tibi eam emisse, non tamen tibi mandati tenebor. et adeo haec ita sunt, ut quaeratur, an mandati teneatur, qui mandauit tibi, ut Titio pecuniam faenerares. Seruius negauit: non magis hoc casu obligationem consistere putauit, quam si generaliter alicui mandetur, uti pecuniam suam faeneraret. sed sequimur Sabini opinionem contra sententiam, quia non aliter Titio credidisses, quam si tibi mandatum esset.

*Infatti, se io ti dia incarico a favore tuo, il mandato è inutile, infatti, ciò che tu farai in tuo favore, lo devi fare secondo la tua decisione, e non per mandato mio. Perciò, se io ti abbia esortato a prestare ad interesse del denaro che tenevi in casa inoperoso, anche se lo hai dato a mutuo a uno da cui non l'hai potuto riavere, non avrai actio mandati contro di me. Ugualmente, se io ti abbia esortato (indotto) a comprare qsa, anche se non ti è convenuto averlo comprato, non per questo sarò tenuto verso di te con l'actio mandati. E le cose sono al punto che ci si chiede se sia tenuto a titolo di mandato chi ti diede l'incarico di prestare denaro ad interesse a Tizio. Servio disse di no e ritenne che non si abbia obbligazione in questo caso più che se si desse incarico a qno, genericamente, di far fruttare il suo denaro. Ma noi seguiamo l'opinione contraria di Sabino, perché tu non avresti prestato a Tizio se non te ne fosse stato dato incarico.*

157. Illud constat, si quis de ea re mandet, quae contra bonos mores est, non contrahi obligationem, ueluti si tibi mandem, ut Titio furtum aut iniuriam facias.